

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

55 Mahometis genus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Hebræos idem est, quod Ecclesia apud nos, & apud Sarracenos Mesquita, clem. unic. & ibi gloss. in verb. mesquites, de Iud. & Sarrac. quia sicut convocantur populi fideles ad Ecclesiam, ita Iudei convocantur ad Synagogam, Bald. conf. 316. num. 3. Quare pro magno habere debent Iudei, quod in veteribus Synagogis, & iuis obseruantibus tolerentur, dicto cap. consuavit, & ibi Abbas numer. 1. de Iud. & Sarrac. qui autem, etiam sine alia prava intentione facit, aut reficit idola apud Indos, aut 53 Synagogas apud Iudeos, aut Mesquitas apud Mahumetanos, aut pagana tempora apud paganos, aut heretica apud hereticos, aut aliquid aliud facit, cuius principalis usus sit peccatum mortale, mortaliter peccat, Navar. in Manual. cap. 14. nu. 31. alias 36. Iudeus tamen admittens orantes in aedibus propriis, & deputans locum ad orandum cum luminaribus, & candelis non dicitur Synagogam erigere, quia quod de erienda Synagoga dicitur, de publica est intelligendum, ut post Bald. in dict. conf. 422. num. 8. lib. 5. quem citat tenet, idem Card. Tulch. ibidem num. 5.

52 Non tamen † hic prætermittam, oꝝ esse Hebreis permitta, & reliqua omnia 54 prohibita.

Primo, quod habent synagogas publicas solitas, & oratoria particularia.

Secundo, quod eorum ceremonias, & ritus fervent, & non possunt in eis turbari.

Tertio, convenient cum Christianis, in ijs, quæ insunt permitta, & licita.

Quarto, non sunt molestandi, si sint obedientes.

Quinto, non sunt compellendi ad 55 fidem.

Sexto, non vulnerandi sine medio iustitia,

Septimo, non exhumandi ex eorum cæmeteriis.

Octavo, ita admittantur ad praedicta, quatenus non excedant, Bald. conf. 316. per tot. lib. 1. Idem Tusc. ibidem numer. 6. Alia, quædam de Iudeis, & de pœnis, quas incurruunt, scripti in cap. 25. numer. 112. usque in fin. tom. 1. ad quæ lectorum remisisse, sufficiat.

53 Hæretici autem † tam de jure Cæsareo, quam canonico synagogas, aut alia loca, in quibus convenient, aut ad litanias facientes nocte, vel die, sive sub ecclesiastum nomine, sive in privatis aedibus vel locis habere prohibentur, quia eorum conventicula non ecclesiæ, sed conciliabula appellanda sunt, l. cuncti heretici, & ibi Salic. C. de heret. & manich. l. conventicula, ubi etiam Bald. de Episc. & cler. & cap. clericus. 24. quæst. 3. & de hæreticis, eorumque criminibus & pœnis scripti in cap. 37. tom. 1. & videndus est direct. Inquis. cum ibi citatis per Pagn. in 2. par. lib. 2. Schol. 43. 44. & seq. & par. 3. lib. 3. Schol. 151. & seq.

Mesquitas etiam † in universo Christifidelium domino Sarracenis habere est prohibitum, quoniam ipsi non unum Deum verum, sed perfidum, & facinorosum Mahumetum colunt, & diebus singulis certis horis in loco aliquo eminenti ejusdem Mahumeti nomen alta voce invocant, extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publicè profitentur, Clem. unic. de Iuda. & Sarrac. & Lud. Roman. lib. 6. cap. 35. & 36.

Quintus enim Mahumetes Arabus genere, ut

Ooooo 2 restau-

testatur Faccius vetustus poëta Florentinus lib. 5. cap. 10. dum inquit.

*Divil pro sapia povero, è soletto,*

*Nacque costui nel' Arabico seno:*

*Abdimone polifù il suo padre detto:*

Militavit inter populares suos Arabes,  
sub Heraclio Imperatore circa annos Do-

mini 612. Quo tempore initium ei dedit  
Arabum perfidia, qui irati Heraclio, ab eo  
defecerunt, ut per Peniam, qui de errori-  
bus Sarac. scribit in eodem direct. In-  
quisitor. eadem 2. par. lib. 2.

Schol. 37.

## FINIS.



## INDEX.